

*tum, servum, perditum, amissum, damnabilem ancillam, contumaciam, non libertatem : nempe in rebus spiritualibus. In externa autem disciplina vocat arbitrium vulneratum, saucium, claudicans, &c.*

7. Et hanc ponit descriptionem : liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente. Quæ opus habet dextra interpretatione.

8. Considerandum igitur : 1. Quas vires mens vulnerata adhuc habeat. 2. Quibus virtibus seu donis voluntas sit spoliata. 3. In quibus adhuc sit semiviva. 4. Quid remedii & auxilii gratia Spiritus sancti conferat menti. 5. Quid voluntati, in renovatione. 6. In quibus voluntas nō potest se accommodare ad ea, quæ à mente renata monstrantur. *Rom. 7.v.23.*

9. In Scriptoribus Ecclesiasticis notandum : liberum arbitrium communissimè dici ipsam mentem & voluntatem : Et tunc affirmatur : Interdum etiam accipi pro aptitudine passiva, qua voluntas humana, præventa & adjuta à Spiritu sancto, potest habere fidem. Quam aptitudinem truncus, imò Diabolus, non habet.

10. Quando verò scriptores respiciunt ad naturæ depravationem, qua non subjicitur legi Dei; tum omnino negant liberum arbitrium.

II, Ob-